



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De vaticinijs in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

*nis filium, & verum Deum
& hominem esse.*

VI. *De Officio & Regno CHRI-
STI.*

VII. *De vocatione gentium.*

VIII. *De Vite, ad quam alligati sunt
Asini Christi.*

IX. *De Cruce, quæ comitatur pro-
fessionem doctrinæ de Chri-
sto.*

X. *De efficacia ministerij Euau-
gelici.*

I.

DE VATICINIS.

Vaticinium Iacob, quo annis 1700 ante, certo
prædicti tempus aduentus Christi, in genere nos de-
finibus vaticiniorum monet. Cum enim nulla crea-
tura sine DEO præuidere possit res longissimo inter-
vallo post securas, perspicuum est omnia vaticinia
de rebus summis ac remotissimis, quibus euentus re-
spondit, diuinitus orta esse. Testatur autem Vaticini-

MM L

um Iacob, huic unum & solum esse uerum D E V M,
qui se patriarchæ Iacob patefecit, & quem Iacob co-
luit.

Secundo testatur, doctrinam de Deo, quam sonuit
Iacob ueram & diuumam esse.

3. Cum euentus responderit huic uaticinio per
Iacob edito, non dubitemus, cætera quoq; euentura
esse, de quibus Vaticinia Prophetarum extant.

4. Docent non casu aut nesciente Deo Ecclesiastis
ferri, sed uerè eam Deo curæ esse.

II.

D E C A V S I S C O N-
stitutæ & euersæ politiæ
Iudaicæ.

Tres sunt præcipuae cause, propter quas politia
Iudaica à Deo constituta est.

1. Ut esset certus populus, & certa sedes Ecclesiæ,
in qua Deus promissiones de Christo ederet & repe-
teret, durauitq; hæc sedes Ecclesiæ annos 1543.

2. Ut uera de Deo Doctrina inde in cæteras gena-
tes spargeretur.

3. Et præcipua. Ut esset certus locus, ubi C H R I=
S T V S nasceretur, doceret, fieret uictima, & resufci-
tatus confiperetur. De hac causa inquit Iacob, Non
auferetur sceptrū de Iuda, donec ueniat Siloh. Exhi-
bito